

thel, & Dan, quam Deum verum, qui in Templo Jerofolymitano adorabatur: quare isti possunt Vitulis, & non possunt Ar-

VII. Verum, etsi darent gradus Calvino, & Vossio, Aaron, & Jeroboamum non invidiosè proponere Vitulos Populo, ut in eis adoraretur solum Numen Ægyptiorum, sed ut in illo signo adoraretur verum Deum: hoc enim forte erit possit ex verbis illis Aaronis, Exodi 32. vers. 5. clamantis: Cras solennitas Domini est, non Vituli, seu Apis, & Jeroboami animam non aliam fuisse, nisi ut Deum, quem Populus adorabat, sedentem super Cherubim in Templo Jerofolymitano, adorarent Vitulis, quas posuerat in Bethel, & Dan, ne cuncto in Jerusalem cor Populi averteretur ab eo ad Roboam; quod indicare videtur Josephus lib. 8. antiq. Judic. cap. 3. Nunquam tamen dabo, Populum in illis Vitulis adorasse Deum verum, sed revera in Vitulis More Ægyptiaco suam adorationem fixisse.

VIII. Hoc demonstro. Observando primo, quod Ægyptiis soleme erat Bovem, & Vitulum pro Deo colere: ut habetur Exodi 8. v. 15. Item hujus, ac ceterorum animalium, que colebant, effigies, & simulacra in suis templis habere consueverant, ut refert Pomponius Mela lib. 1. c. 9. & Strabo lib. 17. 3. Tempore, quo Ægyptiis servierunt, plerique Hebræorum superstitiones Ægyptiacas imbuerunt, ideoque quovis tempore propensionem ad Idololatram coluerunt; quæ reprehenduntur Josue 24. vers. 14. auferre Deos, quibus servierunt Patres vestri in Mesopotamia, & in Ægypto. Ezechiel. cap. 20. vers. 7. & 8. cap. 23. v. 8. Insuper & fornicationes suas, quas habuerunt in Ægypto, non reliquistis. Quomodo igitur credi potest, populum assuetum adorare bruti ut Deos, & propterea, ut ait Aaron Exod. 32. v. 22. primum ad malum, proposito sibi Vitulo (quem ut Deum adoraverat in Ægypto) hunc non adorasse, sed verum Deum in ipso; eo vel maxime, quia quæ dicebat: fac nobis Deos, qui nos precedunt, hinc enim Moyses, qui nos adoravit de terra Ægypti, noscumus quid acceperit; ibid. v. 23.

IX. Manifestius hoc apparet ex verbis ipsius Dei ad Moysen ibid. v. 7. & 8. Peccaverit Populus tuus. (Non amplius meum cum me deseruerit, ut exponit Hieronymus in cap. 5. Danielis) feceruntque sibi Vitulum consuetum, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: hi sunt Dii tui Israel, qui te educaerunt de terra Ægypti. Rursum ex verbis Moysis Deuteronom. 32. v. 15. ubi populo Hebræo ait: dereliquit Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo. v. 16. Provocaverunt enim in Diis alienis. v. 17. immolaverunt Demoniis, & non Deo. v. 18. Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Videri possunt Psalm. 105. v. 19. 20. & 21. & Paulus 1. Cor. 10. v. 7. Quod si Populus Hebræus non adorasset Vitulum, sed in Vitulo verum Deum, quomodo dici poterat, quod immolavit Vitulo, Demoniis, & non Deo, quod dereliquit Deum, quod oblitus fuit Dei, quod provocavit Deum in Diis alienis?

X. Hoc idem testantur Patres, Hieronymus in cap. 5. Amos ad illa verba: Numquid hostias, & sacrificia obulisti mihi in deserto? inquit, ex hoc loco discimus, omnes hostias, & sacrificia, que in Deserto obulisti Israel, non Deo obulisti, sed Moloch regi suo. Testatur idem S. Augustinus enarrat. in Psalm. 77. inde & Vitulus ille, quem adoravit Populus israeliticus postquam quærens Deo Ægyptiorum, dimisit eum, qui liberavit de servitute Ægyptiorum. Item S. Basilus Seleuciensis orat. 6. vitulum in Deserto, sicut in Ægypto adorabant. In Ægypto autem non adorabant Vitulum, ut signum veri Dei: Sed Vitulum adorabant ut Deum, eo modo, quo illi adorabant Ægypti. Unde Philo Judæus libro de temulentia pag. 197. & lib. 3. de vita Moysi pag. 677. Oblii, inquit, Dei veri, operantur animalia signum Ægypti, factis juvenes autem admittuntur animalia que regionis fuerant, cui profana sacra fiebant. Et infra inducens Deum Moli loquentem, Desponde, inquit, ceteris, populus ad impietatem prolapus est, juvenum manu factam adorant pro Numine, & vitulum ei sacrificans oblitus omnium, qua vidit, vel audivit. Sed audiamus Adversarios.

§. III.

Referuntur fundamenta Vossii, & Calvini, & refutantur.

XI. R Epondet Vossius citato loco, Hebræos dici oblitos Dei, non quia a Deo recesserint alium colendo Deum, sed quia recesserunt, & oblitus sunt ejus mandata: nimirum colendi, ut oportet, & non in signo sensibili. Duplex enim, ait, est oblitio: una, qua species omnino delentur ex animo, altera qua illa non recolluntur, ut oportet, & homo se gerit, ac si non recordaretur. Hac ratione mulier obliviscit dicitur conjugis sui, seu fœderis conjugalis, quando se se alteri prostituat: & homo item dicitur oblitus Dei, & fœderis Divini, cum stultis cogitationibus indulgens alium colere Deum, vel in symbolo interdicto venerari presumpsit. Hac proprie oblitio non est, sed quasi oblitio: qua homo se agit, quasi esset oblitus: nihilominus in scripturis hæc quoque Numinis oblitio nuncupatur. Ita Vossius. Pulchra quidem doctrina, excerpta ex Bonaventura, & Richardo dist. 7. art. 3. quest. 1. lib. 1.

XII. Verum hæc qui ad rem, Hebræos Vituli adoratores naturalem Dei, ac beneficiorum ejus oblivionem, ac si species eorum ex iporum animis fuerint abolite, non fuisse passios, & ego confiteor. Sed voluntaria oblivione beneficiorum

Dei memoriam contrivisse idest beneficia Dei non recoluisse, ut oportebat, & ita se gestisse, ac si eorumdem non recordarentur, & sicut mulier voluntarie obliviscitur viri sui, quando alteri se tradit, sic Hebræos voluntarie oblitos fuisse veri Dei, alteri Deo se tradendo, qua ratione negatur? Faceret Vossius, Hebræos dici oblitos Dei, quia stultis cogitationibus inhierebant, Deum in symbolo interdicto venerari presumpserunt, ac cum non facerent, eos oblitos Dei, quia Deum verum dereliquerunt, falso Deo adhaerendo? Utrumque dicit scriptura: & oblivionem, & oblationis modum, Oblitus es Domini Creatoris tui. Ecce oblivionem, ac quomodo? Dereliquit Deum factorem suum: recessit a Deo salutari suo: Provocaverunt enim in Diis alienis, immolaverunt Demoniis, & non Deo. Deum, qui te genuit, dereliquisti. Ecce oblationis modum. Certe derelinquere Deum, recedere a Deo, provocare Deum in Diis alienis, immolare Demoniis, & non Deo, non est præsepe venerari Deum in symbolo vestito: hoc enim est quidem recedere a mandato, & vero cultu Dei, sed non a Deo; hoc non est provocare Deum in Diis alienis, hoc non est immolare Demoniis, & non Deo.

XIII. Dicit tamen Vossius, Hoc non ex proposito humano solum pensandum esse, sed ex natura rei, & iudicio Divino. Utcumque enim Israelite peccaverint, observantiam suam non in Vitulis fuisse, sed ad Deum referri; Deo tamen profus avertere hunc cultum, & quasi a se respellere, non potuit honore ille per Vitulos ad Deum transferri, sed necesse fuit in Vitulis terminari; ideoque iuste poterunt inferre, quod Deum dereliquerint; quod immolarent Demoniis, & non Deo.

XIV. Sed contra. Quod enim Deus averfatus sit illum cultum, & quasi ab illo recesserit, non facit, ut Israelite per illum fuerint idololatra, immolarent Demoniis, & non Deo. Adus quippe pensandus est ex objecto, & sine ex intentione operantis præfixo. Obiectum autem illius cultus non fuit Vitulus, seu Idolum, sed Deus, si nunc etiam ab eis præfixus fuisse Deus, quia Judæi actu illo intendissent per Vitulum, seu in Vitulo adorare, & accessere ad verum Deum, non ab eo recedere, adorando alium, Quomodo ergo Deus potuisset illos increpare, quod in Diis alienis ipsum provocarent, quod Demoniis immolarent, & non sibi? Sane si omnis cultus a Deo rejectus, esset revera exhibitus alteri quam Deo, dicitur postea, eosdem Israelitas, peccantes in solemnitatibus, easque indebitas, licet ipsi Deo, celebrantes, quæ propterea Deus a se repulit (dereliquit, & solennitate vestras adivit anima mea. Hinc 1. v. 14.) provocasse Deum in Diis alienis, & in eorum sacrificiis immolasse Demoniis, & non Deo: quin immo omni alio malo, utpote a Deo rejecto, & sistenti in creatura, dicit postea hominem fieri idololatram, & Demoniis immolare, non Deo. Cum ergo per Moysen pronuntiaverit Deus, adoratores Vituli provocasse eum in diis alienis, immolasse Demoniis, & non ipsi, clarum est, eos honorem Deo debuit alteri a Deo contulisse, & non solum veneratos fuisse verum Deum cultu indebito, & non ut oportebat: hæc enim est altera species superstitionis ad Idololatram distincta, ut dixit ex D. Th. 2. 2. q. 73. art. 1. & 2.

XV. Dicunt ulterius Calvini, & Vossius, non esse credibile, Israelitas, recens egredios ex Ægypto, & præditi in gratiam eorum edita sub oculis habentes, eorum fuisse oblitos aliumque Deum quævisse: Deum quidem esse novissimè (inquit Calvini lib. 1. Instit. cap. 13. §. 8.) cujus virtutem experiri erant in eos miraculis: sed propinquum sibi esse, non confundere nisi oculis cernens corpus eorum vitule ejus symbolum. A præsentia ergo imagine volebant cognoscere, Deum ieiernis sui esse Deum. Calvino subsecutus Vossius, Quare secundum istos, cum Israelite dixerunt Aaron: fac nobis Deus (seu Deum) qui nos precedat, idem fuit, ac dicere: fac nobis symbolum, quo dignoscamus, Deum nos præcedere: & cum dixerunt: Hi sunt Dii tui Israel, qui te educaerunt de terra Ægypti, respexerunt ad verum Deum; quia falsi Dii eos non eudebant. Hinc Aaron id audiens exclamavit: Cras solennitas Domini est. Et vel maxime, quia Dii tui Hebræice sonat Elohim tui, & satis constat, nomen Elohim tribui uni Deo Israelis, Ita Vossius.

XVI. Sed infelicitè, clamant enim contra ejusmodi interpretationes, Scripturæ, & Patres supra relati. Certe vix credi potest, populum tot beneficia cumulatum, dum ea adhuc sub oculis haberet, benefactori suo terga vertisse. Attamen verum fuit, ait Moyses, Deuterom. 32. vers. 15. Incurfatus est dilectus, & dereliquit civitatem suam, & dereliquitque Deum factorem suum, & recessit a Deo salutari suo: beneficia, que Deo vero accepta referre debuerat, corrupta mente Diis Ægyptiorum tribuit. Neque hoc in eo Populo mirum videtur debet, ait S. Athanasius: in illud quicumque dixerit veterum (modo hinc), ac ad Scorpionem postquam enim arguit Hebræos, qui Dei opera, a Christo patra, dixerunt, esse opera Beelzebubis, subdit: Verum non insolens est isthoc eorum infamia. Significum horum Patres, eadem mentis præditi, in Exodo, cum nuper ex Ægypto egressi essent, Vitulo a se confecto, Dei erga se beneficia referentes, dicebat: Hi sunt Dii tui Israel, qui te educaerunt de terra Ægypti. Et.

XVII. Nec refert, quod Aaron dixerit, Cras solennitas Domini est. Nam Aaron hoc dixit, quia vel forte Vitulum quidem confecerat, ut populo indulgeret: sed in eorum infaniam non confecerat. Vel, ut advertunt Lyranus, & Vatablus, quod speraret Moysen reditum ante diem festivitatem, & festum Idoli muturatum in solennitatem veri Dei. Vel demum, ut notat Grotius annot. in Exod. super hæc verba: quia sperabat, Dei, quem colabat, spiritum in eam Imar

genem venturum, sicut de astrorum Spiritu genus aliz fanti-

XVII. Nec nomen Elohim indicat, eos tunc ad verum Deum respexisse. Nam unde probat Vossius, nomen Elohim folo vero Dei tribui? Hoc enim, ut advertit Euseb. Pægar. Evangel. lib. 6. ab El, quod apud Hebræos robur, & potentiam significat, impositum est. Fallo igitur putantes Hebræi, illius ementium nominis robora, ac potentiam se eductos ex Ægypto, dixerunt: Hi sunt Elohim tui.

XIX. Hæc pro veritate dixi. Ceterum, ut observavi superius, etsi darent Calvino, & Vossio hoc solum, nimirum Hebræos peccasse, quod verum Deum adoraverint in Vitulo; non dabo tamen id, quod inferunt, peccare scilicet, ac Idololatricæ obnoxios esse omnes, qui Deum in Imaginibus venerantur, etiam Christianos. Nam primo Hebræis datum fuerat præceptum de non faciendi similitudine ulla, quod præceptum, utpote positivum, illos obligabat, non obligat tamen Christianos. Secundo, quia Hebræi Symbolum Dei quaferunt in simulacro Paganico, & ritu Gentili Deum adorare presumpserunt. At Christiani in signum Dei assumunt esse similitudines, & formas, sub quibus Deus ipse apparuit Prophetis. Tertio, Hebræi, ut Calvinus ipse fatetur, restringebant Dei præsentiam ad illud symbolum, sed propterea sibi esse credabant Deum, nisi oculis cernerent corpus eorum ejus symbolum. Ideoque cum, moram tractante Moyses in Monte, non amplius viderent Columnam ignis, aut nubes, in Deo derelictos, At catholici non hæc laborant infamia. Deum ubique præsentem norunt, sibi semper adesse credunt, quamvis per imagines magis exciterent ad ejus præsentiam considerandam: sicut Hebræi data fuerat Acta, ut in ea spectaculum Dei præsentiam conciperent ac venerarentur; & Columnis nubes per diem, atque ignem per noctem spectaculum Dei præsentiam attestabatur. Quomodo ergo edes verum Dei præsentiam credere, sic in Templo conclusum Dei præsentiam, ut alibi non sit; non tamen verum est, habere Tempus, atque Templum locum esse, cur prædicetur Deus adire, preces exaudiendo, non propter absum aliorum circa Tempia, tollenda ideo Tempia sunt, sicut Calvinus ipse fatetur, qui 1. 4. Instit. cap. 1. §. 5. damnat proinde Xersem, quod Magnorum consilio omnia suburbiorum Tempia, quod absurdum putaret, Deo, quibus omnia patere debent, pariter, & regulis includi. Eadem ratione non sunt tollende imagines Dei, quia hoc non est fingere Deum terrenis modis, sed spiritus velocitatis quibusdam nas sursum esse ad Deum in Calæsti gloria coascendum. Sed de his uberius, cum de sacris Imaginibus, & earum veneratione sermo erit.

§. IV.

De aliis speciebus Polytheismi apud Hebræos.

XX. NON in sola Vituli Ægyptiaci adoratione stetit Idololatricæ Hebræorum; quin ad alias, easque infamissimas ejusdem species prolapsa est. Hi ergo, omnia aliis, apud Hebræos Polythei recensentur, nimirum Ranaticæ, Muscoronicæ, Muscoricæ, Patroicæ, Fortunaticæ, Topheticæ, Molochicæ, Remphanicæ.

XXI. Ranatica, Philastrio imperio, dicebantur, qui Ranæ colebant: cum enim Mos Mosello temere infestans ab illis Ægyptiis viderent, exultantem aliqui, hæc vana observantia iram se posse placere divinam.

XXII. Muscoronica, sic dicta a Musca, & Accaron, erant apud Judæos, qui in Civitate Accaron Museas adorabant, seu potius Beelzebub Demoniolum Principem, qui erat Deus Accaron; dictus propterea Muscarum Deus, quia fædo Muscæ celebrat Sacrificio. Ad hunc missi Ochozias nuntios, cum consulerant, an de inhrmitate, qua laborabat, convalesceret. Verum Elias Divino monito ob id ei mortem prænuuntiavit 4. Reg. 1. vers. 4. Numquid non est Deus in Israel, ut eratis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quamobrem de lecto, super quem ascendisti, non descendes, sed moræ morietur. Hinc indicatur Pharisæi, cum per contumeliam opera Christi Beelzebub ascribebant, dicentes Lucæ 11. vers. 15. Beelzebub Princeps Demoniolum ejicit Demoniis. Quod acutissime redarguit Christus.

XXIII. Muscorica, eodem Philastrio teste, erant apud Judæos adoratores Murium. Hujus abominatissimi origo fuit hæc. Cum Philastrius Arca Dei bello caperem in Idolo Dagon repositissent, ut legitur 1. Reg. 5. & 6. aggravata est manus Dei super illos: s atque inter alias plagas bullierunt villæ, & agri in medio regionis eorum: & tati sunt mures. Quod videratis, de suorum Sacerdotum consilio, remittentes Arcam, quique Murius areis, juxta numerum Provinciarum Philastriam, eam donarunt. Qui mures maximo in honore a quibusdam Judæis habiti, & tamquam numina culti fuerit; propterea Muscorice vocati sunt.

XXIV. Patroica, eodem Philastrio Authore, fuerit Judæi Pureos colentes, quos in altum fodiebant, indeque hausit aquam salutare appellabant, quæ quædam salutis in ea reponentes. Propterea obijungit per Jeremiam c. 2. v. 13. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & solaverunt sibi cisternas dissipatas: que consistere non valent aquas. Hinc forte alludit Christus Joann. 5. cum promittens Samaritanis aquam: & muliere respondentem, neque in quo haurias habes, & Patres alius est, repulit: omnia, qui bibere ex aqua hac, fietis iterum (forte enim Patres ille erat unus ex superstitiosis) Qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei (nimirum baptismatis) non sitiet in æternum.

XXV. Fortunaticæ erant inter Judæos, qui fortunam, seu Regnum Cali colebant, putantes (ut tradit Alexander ab Alexandro Genial. Dierum lib.) eos, qui illam religiose colebant, magnis incrementis augendo. Per Regnum Cali putat S. Hieronymus, ab his intelligi Lunam, eo quod præ cæteris astris hæc inferiora regat: vel militiam Cali, puta Solem, Lunam, aliaque sydera, sicut accipi forte debet, quod dicitur 1. Paralipp. 33. vers. 3. de Manasse, quod adoravit militiam Dei. Planetæ enim, & æstra in Cælo, tamquam Milites Dei, ordinata velut acie incedunt, pugnant; vibrantque fulmina, cum opus fuerit. Fortunaticas increpat Jeremias c. 7. v. 18. dum ait: Mulieres conpergunt adipem, ut faciant pintas Regna Cali. Cui c. 44. v. 13. iterum increpiti responderunt: Ex eo autem tempore, quo cessavimus sacrificare Regna Cali, & libare ei libamina, indigemus omnibus, & gladio, & fame consumpti sumus.

XXVI. Topheticæ ex Judæis ite erant, qui filios, filiasque suas in holocaustum vivas offerbant in Tophet, idest in loco, seu sylva Idolo Moloch celeberrima, in Valle filiorum Ennon polita, pallentibus interim Sacerdotibus altissima voce, tubis, ac tympanis (unde ortum loci nomen Tophet, quod est tympanum) peritrepentibus, ne miserorum puerorum ejulatus audiretur a parentibus, vel affinis, quibus persuadebant, infantes hæc via a Diis ad æthera rapi. Contra hos voce Domini clamant Prophetæ, David 21. 105. vers. 37. Immolaverunt filios suos, & filias suas Demoniis. Isaias c. 30. Ezechiel. c. 16. eisque mala comminatur Jeremias c. 7. v. 31. Et adificaverunt excelsa Tophet, que est in Valle filii Ennon: ut incenderent filios suos, & filias suas igni: que non præcipi, nec cogitari in corde meo. Idem, eccæ dies venient, dicit Dominus, & non dicitur amplius Tophet, & Valle filii Ennon: sed Vallis interfectionis, & spelunca in Tophet, et quod non sit locus: Quod impletum esse, putat Hieronymus in dictum Caput ab anno nono Sædecie Regis usque ad annum undecimum obidente Nabuchodonosor Rege Babilonis Jerusalem.

XXVII. Molochicæ & Remphanicæ apud eosdem erant, qui Moloch, & Remphan Idola colebant, numina Ammonitarum, eisdem filios, ac filias suas intiantes, contra præceptum Domini, Leviticus 18. & 20. obijungit propterea per Jeremiam c. 32. v. 35. & Amos 5. v. 26. Moloch ille erat idem, quod consularius, & Remphan idem, quod Sydas illud, quod Luciferum vocant, quodque dicitur Venus unus ex septem Planetis, de quo S. Stephanus act. 7. v. 43. & susceptus Tabernaculum Moloch, & Sydas Dei Vestri Remphan, figuræ, quas fecisti adorare eis. Hæc inter alias fuit species Idololatrarum apud Judæos infantibus, quos satis fuit recensuisse, nam ex supradictis contra Idololatras Paganos manere refutata.

D U B I U M V.

De Polytheia apud Christianos.

§. I.

Polythei apud Christianos recensentur.

I. S TO non inveniam apud Christianos, qui expresse Idololatricæ Paganorum coluerint, invenio tamen, qui Dei unitatem tollere non sunt veriti. Hi autem sunt: Capocoratiani, Gnostici Cerdoniani, Valentiniiani, Marcionites, Appellite, Manichei, Severiani, Albanenses, Albigenses.

II. Capocoratiani a Caprocate, genere Alexandrino, qui secundo seculo, Hadriano Imperatore, & Xisto Pontifice erupit, dicti sunt. Hic homo nequissimus, omnifque libidinis usum licitum ducens, inter alia, teste S. Augustino l. de Heret. c. 7. Negabat, a Deo factum, sed a nesto quibus vixeribus, Mundum. Ejus Discipuli Imagines Christi proponerant cum Imaginibus Philosophorum, Pythagoræ, Platonis, Homeris, & aliorum. Et refert D. Augustinus ibidem: Sed ipsi fuisse tractantur, quamquam Marcelina, que colebat Imagines Jesu, & Pauli, & Homeris, & Pythagoræ, adorando, & incensum ponendo.

III. Gnostici, idest scientes, ut ait S. Augustinus ibi cap. 6. qui sic appellari voluerunt propter excellentiam scientiæ, ut hoc specioso nomine turpitudines, ac obsecantates, quas usu habebant, velarent, vel a Nicolaitis, vel a Basilide, vel a Carpocrate orti putantur. Hi inter cætera multa de Deo fabulati sunt: Principes 369. seu minores Deos invehabant, eunice Cælo insidentes. In octavo collocantes Christum una cum Barbelone, seu universonum parente: ita ex S. Epiphanio Hæres. 26. quos arguit S. Irenezus lib. 1. contra hæreses cap. 33. & S. Augustinus addit: Dicuntur quoque bonum Deum, & malum Deum in suis deumibus haberi. Quam vesaniam ad præfata postea Manichæus infra dicemus. A Simone Mago, vel a Menandro ejus discipulo dicitur hæc heresis excogitata, quamvis postea propagata.

IV. Cerdoniani Cerdonem habere parentem. Hic ex Syria Romam profectus, eodem secundo seculo sub Higlino Papa, & S. Irenez apud Eusebium lib. 4. hif. c. 10. errorem suum retraxit, sed illum refutens, excommunicatus fuit. Hic, teste S. Augustino lib. de hæres. c. 21. circa Dei unitatem erravit, quia duo principia sibi adversaria dogmatizavit: Deumque Legit, ac Prophetarum non esse Patrem Christi, nec bonum Deum esse: sed justum, Patrem vero Christi, bonum... Quodam vero in duobus principis suis duos Deos ita non dicit esse perhibens, ut unus eorum esset bonus, alter autem malus. Hæc D. Augustinus.

V. Valentiniiani Valentium Duem nati sunt, qui ambitione Episcopatus, cuius repulsum passus est, errorem suum con-



confixit eodem seculo secundo sub Antonino Pio, & Higino Papa. Nulla hæresis fuit tot fibulis referta. De qua S. Augustinus lib. hæres. cap. 11. Ponit, seu verus finis Valentini 30. Deos, quos vocavit *Eonias*. Horum quindecim Maculii, & totidem feminæ sic unus Deus invisibilis, sempiternus, ingenitus, & incomprehensibilis. Hunc *Præarchen*, *Protapatra*, & *Bython*, seu Primum Principium, Primum Patrem, & Profunditatem vocabat. Huic Conjugis loco sociabat *Enneam*, seu Cogitationem, quam etiam *Sigen*, idest Silentium, & *Charin*, idest Gratiâ nuncupabat. Hæc a Bytho suscepto semine grava genuit *Nas*, idest mentem, Unigenitum, & Patrem, ac principium omnium, & una cum eo *Alethiam*, idest veritatem. Hæc fuit primigenia quaternitas radix omnium, ex mente, & veritate processisse dicebat Verbum, & vitam: ex Verbo, & vita, hominem, & Ecclesiam processisse. Et hæc erat Ogdoades Valentiana. Rursus ex Verbo, & vita Decadem Eonum ortam somniabat, scilicet profundum, & mixtionem: Senii expertem, & unionem: Per se nascentem, & voluptatem: Immobilem, & concretionem: Unigenitum, & beatum. Ex homine, & Ecclesia duodecim alios Eonis progenitos esse, finxit, scilicet Paracletum, & fidem; Paternum, & spem; Maternum, & dilectionem; Intellectum, & Prudentiam; Ecclesiasticum, & beatitudinem; voluntarium, & sapientiam. Addebat Salvatorem 30. annos vixisse, ut hoc 30. Eonum mysterium indicaret; eodem in parabola operatorum, qui ad Vineam Patris familias missi sunt, significatos, etenim alii circa horam primam, alii circa tertiam, alii circa sextam, nonam, & undecimam vocati sunt, quæ omnes in unum collectæ numerum trigesimalum effecerunt. Mirabile sane, mentem hominis tot deliria concipere possit: Sed instabilis, et apud aliquos, et non paucos, etiam obtinuit.

XI. Marcionita auctorem habuerunt Marcionem, patria Ponticam, Episcopi Catholici filium, ex Sociorum Schola. Marcion effectus ob stuprum ab Ecclesia per Parentem suum, Romanensium, Antiocheno Pontifice, atque in Communionem Romanæ Ecclesiæ subterfere frustra conatus, Cerdoni sese adiunxit, illumque auditur impetravit Magistrum. Error palmaris, quem de Deo habuit, fuit iste duos Deos admittit, unum bonum, alterum malum, cui mundi hujus adprehensibilis fabricam tribuit. Hæc ex S. Ireneo lib. 1. r. 29. Tertulliano lib. 1. contra Marcionem c. 11. & S. Augustino de hæres. c. 22. dicentem: Marcionem quæque, a quo Marcionita appellati sunt, Cerdoni secutus est dogmata de duobus principiis: quævis Epiphanius cum tria dicat asseruisse Principia, bonum, justum, primum: sed Eusebius Sierum quemdam, non Marcionem reum principiorum, atque naturarum scribit auctorem.

VII. Apollia, ab Appelle Marcionis discipulo, qui secundo seculo sub Antonino Pio, & Telephoro Papa vixit, nomen, & errorem sortiti sunt. De his scribit S. Augustin. de hæres. cap. 23. Apollia, quorum Apelles est princeps, qui dicitur quidem Deus introductus, unum bonum, alterum malum: non tamen in duobus divites, atque inter se adversi principia, sed unum esse principium, Deum scilicet bonum, & ab illo formatum alterum, qui cum malignus esset, inventus est in sua malignitate Manichæum fecisse. Hæc S. Augustinus.

VIII. Manichæi a Manete appellati nomen empus in servum, deinde manumissus, & adoptatus, demum ab ea omnium bonorum hæres confectus fuit. Cubitus primum illi nomen erat; sed ne servitutum nomen ei probrosum esset, Manes appellari voluit, quæ vox Persis idem est, ac allocutio. Verum cum hoc nomen apud Græcos male sonaret, quasi ab infania, & furore derivatum, Discipuli ejus postea Manichæum, quasi manna fundentem appellaverit S. Augustino teste lib. de hæres. cap. 46. Errorem suum spargendi hæc illi occasio fuit. Inter bona, a muliere adoptante ipsi relicta, fuisse quædam scripta Scythiani cuiusdam genere Saraceni; quæ ad manus Terbinthi discipuli pervenientes, tandem apud illam Mulierem, in cuius domo habitaverat, eo misere extincto, remanserunt. Hinc in Libris præformatum reperit Manichæus errorem, quem evulgando postea fecit suum tertio seculo, sub Aureliano Imperatore, & Felice I. Pontifice, quo multos comparavit discipulos, multa de Christiana Religione excerpta fecit sua immiscens. Hujus ergo Palmaris error fuit. Admittetibus duo Principia suprema, inter se adversa, & pariter æterna: quorum unum bonorum, alterum malorum numen esset: Dualique naturas, & substantias, bonam, & malam propagans, malam dicebat esse materiam, ideoque carnem, quia ex materia, a malo Principio procreata esse dicebat: qua ratione negabat Christum in vera carne fuisse, sed simulata solum, & apparente: Generationem execrabatur, aliaque impia assererat; de quibus agunt Patres, præsertim Augustinus in libris contra Faustum, contra Adimantum, & alibi; & S. Epiphanius hæres. 66. Theodoros lib. 1. hæres. fabul. cap. 26. & alii.

IX. Severiani a Severo quodam Tatiani discipulo Eonum quorundam fabulam a Valentino mutuati sunt. Ex Tatiano etiam Encratitæ, qui ad Tatiani Magistri sui dogmata addiderunt plura rerum principia, inter quæ Diabolum posuere, Eruperunt secundo seculo.

X. Albanenses, qui octavo seculo emerferunt sub Constantino VI. Imperatore, & Leone III. Pontifice, cum Gnosticis, Appelle, Manichæo, Carpocrate, Cerdone, & Severo duo rerum Principia constituerunt; unum bonum, alterum malum: a bono omnia bona, a malo omnia mala processisse dicebant. Eadem ratione duo scripturæ Testamenta a duobus Diis

illis productis, blaterabant. Vetus quidem respuentes, quod a malo Principio factum crederent, & proinde malum; Novum autem acceptantes, quod a bono Deo, & Patre Domini Nostri Jesu Christi conditum existimarent.

XI. Abbigenes decimotertio seculo in Gallis exortus fuit. De Deo eadem ac Manichæi, & Albanenses blasphemabant. Duos constituerunt Creatores, invisibilem nempe, quem vocabant benignum Deum, & visibilem, quem malignum Deum dicebant. Novum Testamentum benigno Deo, Vetus maligno attribuentes, illud acceptabant, & reverentiam illud, præter quasdam auctoritates, quæ de veteri novo Testamento inserta sunt; hæc enim ob reverentiam novi recipere dignum existimabant. Veteris Testamentum Deum mendacem asserabant, quia Protoplastis dixit, quacumque die comederitis de ligno, morte moriemini; cum tamen post comessionem mortui non sunt. Homicidam quoque ipsum nominabant: Tum quia Sodomitas, & Gomorthos incineravit, & aquis Diluvii Mundum delevit: Tum quia Pharaonem, & Egyptios Mari obruit. Deum bonum curare animas duntaxat, Deum malum corpora. Hæc & alia blasphemata de illis refert Petrus Vallium Cernai in sua, quam Innocent. III. nuncupavit, Abbigensium historia cap. 2.

Hi sunt præcipui, qui ex Christianis Dei unitatem sustulerunt. Eto autem ex didis pro Dei Unitate superius abunde refelli possint, alia tamen specialiter addenda opere pretium judico.

S. II.

RESISTENTIA PRÆNATIÆ ERRORE.

PRIMO quidem contra Marcionem ex Ireneo lib. 3. c. 6. Dividere Deum in duos, alterum bonum, alterum non bonum, est Deum interire: Deus enim, qui non est bonus, Deus non est; quia Deus non est, cui bonitas deest.

Si dicas, Deum non bonum esse tamen justum. Contra, Deus justus, qui bonus non est: Deus non est; sicut Deus bonus, qui justus non est, Deus non est. Justitia enim supponit iudicium, iudicium autem sapientiam. Sicut ergo Deus, qui sapiens non est, non est Deus: ita nec Deus esset, qui bonus esset, & non justus.

XIII. Secundo ex eodem Ireneo lib. 4. c. 26. etiam contra Manichæos, & Abbigenes. Primum, & maximum Præceptum veteris Testamenti, nimirum diligere Deum, & Proximum, est etiam præceptum a Deo novi Testamenti: ergo unus, & idem est legis, ac Evangelii conditor Deus. Eto enim particularia præcepta data, non sint apta utriusque, & veteris Testamenti hominibus, & novi, quia alius status in uno, ac in altero; unde alii ritus, alia Sacrificia, alia Iudicia in Veteri, ac in Novo; Præcepta tamen fundamentalia, & summa, sine quibus non salvari potest, eadem sunt in utroque: ergo in utroque idem Deus. His addo: Deus Veteris Testamenti præcipit homini, ut ipsum diligat toto corde, ergo non est Deus malus, quia malum, quod est objectum dilectionis, sed fugit. Eugissent ergo homines a Deo malo, & quidem iuste. Quarto iniustum fuisse præceptum illum Deum, qui malum, amandi, quia, malum amabile non est, si undecunque sit malum.

XIV. Tertio, ex Tertulliano lib. 1. adversus Marcionem sec. Si Deus Novi Testamenti est novus, ac diversus a Deo Veteris Testamenti, verus Deus non est: Verus enim Deus æternus est. Quis enim Deus novus, nisi falsus? Insuper verus Deus, quia æternus, nec vetus, nec novus esse potest: Deus enim si est vetus, non erit: Si est novus, non fuit. Novitas enim initium testificatur: vetustas finem cominatur.

Verum quia respondebant, Deum novi Testamenti novum esse, quia noviter cognitum.

XV. Urgebat Tertullianus cap. 9. Primo. Si Deus Novi Testamenti verus Deus fuit, ignorari non potuit: & quia magnus, & quia benignus. Secundo, Deus, qui ignoratur, Deus incertus est: quod enim queritur, quomodo ignoratur, incertum est, quomodo queritur, & potest non esse, quomodo incertum est. Tertio: Quomodo ignoratur Deus bonus? Deus Universi Conditor, hominis plasmator? nonne erat Deus bonus? Hunc quomodo poterant homines ignorare, si ejus opus sunt? Cum in repentinis Deum invocabant, ipsi se commendabant, ejus auxilium deposebant, Deum certe cognoscebant. At non Deum malum, ab hoc eum solum timere poterant poenam, ergo Deum bonum, ac benignum, Deum scilicet Novi Testamenti.

XVI. Quarto, ex eodem Tertulliano cap. 11. sic arguo. Deus jure creationis omnium Dominus esse debet: Ergo Deus Novi Testamenti, vel Universaliter creavit, & sic erit idem Deus, qui & Veteris; quem omnium Creatorem describit Moses: vel si nihil creavit, non erit Deus, omnia non ejus erunt, sed ipsi extranea.

Rursus si universitas rerum Creatoris est, quod restat huic alteri Deo? Cum plena, & occupata sint omnia suo auctore, plane alteri Divinitati nihil vacabit.

Deinde, si Deus novi Testamenti nihil condidit: vel hoc fuit, quia noluit condere, vel quia non potuit: Non potuit, si Deo indiguit: Noluisset vero, quomodo probatur? Si maxime bonus, cur bonitatem suam noluit exhibere? cum alter Deus, est malus, tantum fecerit? Immo Deus iste bonus insigniora, & superiora opera condidit dicendus esset, ut ex his potior, ac generosior cognosceretur Creator.

Dicis,

S. III.

ADVERSARIUM MISTIA DIFFINIAM.

Dicis, opus Dei boni fuisse excellens, Liberationem nimirum hominis a lapsu, & peccato, quod a malo Deo permittitum erat.

XVII. Sed contra primo. Vel Deus iste, ut asseritur, bonus, potuit impedire hunc lapsum hominis, vel non potuit. Si non potuit, qualis est iste Deus, qui non potuit impedire opus ab alio Deo permittitum? Si potuit, & non impedivit, quia noluit: quomodo bonus, qui potens tantum malum impedire, noluit impedire? Rursus si noluit impedire, ne homo laboretur, quare ipsum non erexit statim post lapsum? quare non erexit statim suam bonitatem, si bonus est? Quid enim tam malignum, quam nolle prodesse, cum possit? Quid de tali medico judicabis, qui nutrias morbum non proficit, & periculum extendat dilagationi remedi, quo profectus, aut famulosus curat? Hæc Tertullianus ibid. cap. 22.

XVIII. Neque valet dicere hunc discursum urgere quoque contra nostrum Deum verum, qui nec statim, sed post multa secula hominem a lapsu erexit.

Nam dispar est ratio: Deus enim post est quidem bonus, sed enim justus. Justitia autem exigebat, ut homo voluntate sua lapsus: in suo lapsu alioquo tempore remaneret, ut in peccato. At Deus Marcionis, Manichæorum, Abbigensium &c. erexit totus natura bonus, nec alio modo se effundere poterat, quam beneficiendo. Unde si potuit benefacere statim, & noluit: unde erit natura bonus?

XIX. Contra secundo, ex eodem Tertulliano ibi cap. 23. Bonitas illius Dei in homine liberando fuisse irrationalis, ac injusta. Irrationalis quidem, quod primo non suum, sed hominem ab alio Deo creatum, & consequenter ab eo alienum adjuvit. Nego (inquit Tertullianus) rationalem Dei Marcionis bonitatem: jam hoc primo, quod in saltem proferitur homini alieni. Si dixeris, quod cum Deus ille non haberet hominem proprium; voluntaria bonitate sese effudit in alienum, & inimicum; Contra est. Non habere proprium, exigat virtutis est. Porro virtus, quæ suam non habet, quomodo in alienum redundat?

Injusta etiam: quid enim injustius, quam ita alieno benefacere sermo, ut Dominus scripat, ut ad vindictam, ut adversus Caput Domini subripitur? Tali esset etiam damnaturus in seculo, medium plagarum. Hæc Tertullianus. Porro non altere se haberet Deus Marcionis, & Irregularis in alienum mundum, episcopi alteri Deo hominem, Dominio factum, ab ipso conditum, fuit ejus Jure, ac iustitia positum.

XX. Si forte dixeris. Deum bonum, esse non sui Creatoris, & Dominus hominis quod carnem, quæ fuit a malo Deo, esse tamen conditorem, & Dominum quod animam, ideoque hæc solum liberat.

Contra ex eodem Tertulliano cap. 24. & 26. Deus non est esse perfecte bonus, si solum animam salvaret, immo salvare posset, non vero carnem. Secundo; Si Deus bonus animas, quorum est Dominus, regit; cur eas labi permittit? cur non statim erexit? cur erexit non omnes salvat, si summe, & unico bonus? Si animas salvat, quæ culpæ magis sunt reæ, cur non salvat carnem, quæ minorem habet partem in crimine? Sed, etsi carni delicta repeterent, præcedit anima reus, & culpæ principium animi potius asseribendum, cui caro ministrari nomine occurrit. Carens denique anima caro hætenus peccat. Unde infert Tertullianus. Ita & in hoc injusta bonitas, & sic quoque imperfecta, inveniuntur substantiam relinquens in carnis (cum caro apud Marcionem non esset surrectura) obedientia, non arbitrio assequendum. Hæc Tertullianus cap. 24. Videatur cap. 26. ubi acutissime probat, Deum illum non esse Deum, nec bonum, si quæ prohibet, non vindicat: abstinet enim, ne nimum prolixius evadam.

XXI. Sanctus Epiphanius, nunc, eundemque Deum utriusque Testamenti hæres. 42. fuit, & evidentior ostendit se ipsi novi Testamenti libris, quos Marcionite admittent, scilicet Evangelio Lucae, & Epistolis Paulinis, in quibus multa Dei antiqui præcepta approbantur, prophetæque respiciuntur, & facta commendantur.

XXII. Demum contra Manichæos procedit S. Augustinus lib. de natura boni cap. 1. ostendens, nullum naturam esse malam sic: Omnis natura bona est; ergo a summo bono, ergo non est aliquod principium malum, a quo sint naturæ. Antecedens probat. Omnis natura proxima, vel remotius participans est de summo bono, & quasi per gradus ab eo descendit: vel enim spiritus est, & sic proximus de eo participat, vel est Corpus, & sic remotius, participat enim ab eo hoc bonum, quod est solum: ergo omnis natura, vel spiritus, vel corpus sit, bona est.

Hoc confirmat lib. 1. contra adversarium legis, & prophetarum cap. 5. probans, nullam esse naturam malam, quia malum nihil aliud est, quam privato boni: privato autem non est, nisi in re bona: ergo nulla natura est, quæ sit mala. Sed ipsa quoque vitia (inquit) testimonium perhibent bonitati naturæ: Quod enim malum est per vitium: profecto bonum est per naturam. Vitium quippe contra naturam est, quia natura necesse nec nocet, nisi bonum ejus minueret: non est ergo malum, nisi privato bono. At per hoc vitium est, nisi in re aliqua bona. At per hoc bona sine malis esse possunt, sicut ipse Deus: quædam superiora celestia: malis autem sine bonis esse non possunt. Si enim non nocent, mala non sunt: si autem nocent, bonum minuerunt, & si rebus consumunt, nihil natura remanebit, nisi nocentur: ac per hoc nec malum erit, a quo nocentur. Hæc Augustinus.

XXIII. Primum Marcionis argumentum erat. Si Deus bonus, ac præcisus futuri est, cur hominem labi in peccatum passus est: ac tantum malum ab eo non averit, cum possit? Ita apud Tertull. lib. 2. adversus Marcionem c. 5.

XXIV. Respondeo cum eodem Tertulliano ibi c. 5. 6. & 7. Deum creatis hominem libero prædium arbitrio, sive ad bonum, sive ad malum, unde si lapsus fuit, sua voluntate libera lapsus est. Poterat quidem hominem, ne laboretur teneret, sed id non præstitit, non quia non bonus, sed quia non debuit. Deus enim ex quo summe bonus, non potest quidem peccata efficere, aut velle, potest tamen, semel ac homini concessit arbitrium, ea permittere: Si enim hominem detinere, ne peccaret, videretur retractare quod ipsi concesserat, nempe liberum arbitrium, aut præcisus non fuisse, quod eo iustus esset ad malum. Ita Tertullianus c. 7. Si enim interest fuisse (inquit) resistisse arbitrio liberatum, quam ratione, & bonitate persisteret, non tamen magis deceptus ex improbitate scientia futuri videretur, cum obstitisset? Quod quasi ignorans, quomodo evasurum esset, indulserat, quia non dixerit?

Aliter respondet S. Augustinus lib. 13. de Civitate Dei cap. 27. Quod in potestate quidem Dei fuit, ut neque Angelus, neque homo caderet, sed hoc eorum peccatis malis non avertere; atque ita, & quantum mali eorum superbia, & quantum boni sua gratia valeret, ostenderet. Et Serm. 26. alias it. de verbis Apostoli: Hoc modo (inquit) obsecravit Deus homini, quid videret liberum arbitrium sine Deo.

XXV. Dicis. Si homo factus fuit ad imaginem Dei, & ejus anima spiritus Dei est; si malus fiat homo; cur malus non erit Deus?

XXVI. Valeret hoc, si homo fieret malus per ea, quibus est imago Dei, & non potius delendo in se imaginem Dei, & ab ejus spiritu, & regula recedendo. Homo quidem est ad imaginem Dei, sed non est imago Dei perfecta. Porro (ait Tertull. c. 9.) imago veritatis non utiqueque adequabilis, aliud est enim secundum veritatem esse, aliud ipsum veritatem esse. Sic & asseritur, cum imago sit spiritus, non potest ita imaginem Dei comparare; ut quia veritas, id est Deus, sine delicto est: idem & asseritur, id est veritas, non potest delictum: videtur Tertull. ibi palchre rem hanc exponens. Interim audiatur D. Thom. 1. part. quest. 93. art. 1. ad 2. ubi ait, quod aliter est Imago Dei Filius Dei, alter homo. Filius Dei est imago perfecta, perfecte implet illud, cuius imago est: & ideo dicitur imago, & nunquam ad imaginem. Homo vero, & propter similitudinem dicitur imago, & propter imperfectiorem similitudinem dicitur ad imaginem. Et quia similitudo perfecta Dei non potest esse, nisi in identitate naturæ, imago Dei est in seipso suo Primogenitus, sicut imago Regis est in seipso suo connaturali. In homine autem, sicut in altera natura, sicut imago Regis in nummo argenteo: ut patet per Augustinum in libro de decem Chordis cap. 8. Quare sicut in nummo potest imago Regis obliterari, & sic in homine imago Dei, quin Deo aliquid desit.

XXVII. Secundo objiciebant. Deus a primordio severus fuit; ergo non natura bonus.

Respondeo. Deum prius erga hominem sese exercuisse, effundendo in eum divitias suæ bonitatis; quo ostendit, se esse natura bonum. Quod si postea exercuit in hominem suam severitatem, hoc non fuit ex natura Dei præcise, sed ex hominis delicto, quod quia iustus punire debuit. Prior (ait Tertull. lib. 2. adversus Marcionem c. 11.) bonitas Dei secundum naturam, severitas posterior secundum causam. Illa ingentia, hæc accidentia: illa propria, hæc accommodata &c. In severitate tamen adhuc bonus, quia iustus iustitia, non spes solammodo, sed tutela reputanda est bonitatis, quia bonitas, nisi iustitia regatur, ut iusta sit, non erit bonitas, si injusta sit. Nihil enim bonum, quod injustum bonum autem omne, quod iustum.

XXVIII. Tertio objiciebant. Deus Creator pronunciat se conditorem malorum. Amos 3. vers. 6. si erit malum in Civitate, quod non fecerit Dominus, Et Isaiæ 43. vers. 7. Ego Dominus creans malum.

Respondet Tertullianus loco laudato cap. 14. Deum se pronunciare auctorem malorum poenæ, & supplicii, non culpæ, ac delicti, quin immo hæc per mala poenæ curet avertere. Malorum culpæ auctor est Diabolus, & Malorum poenæ Deus creator: quæ quidem mala sunt illi, quibus respondentur. Creatorum suo nomine bona quæ iusta, & bonorum deserviant, & delictorum inimica, atque in hoc ordine Deo digna. Idem S. Augustinus lib. contra Adimantum cap. 26. Ita ergo, inquit, Deus malum facit, quod non ipsi Deo malum est, sed eis, in quo videtur. Quomodo enim malum sit Gehennæ damnatio: iustitia tamen Dei bona, & ipse fructus est ex arboræ bona.

XXIX. Objiciebant quarto Marcionite. Sævus est, qui vitiat iniquitates Patrum in filios: at is erat Deus Conditor Exod. 20. vers. 5. Ego sum Deus tuus Zelotes vitiantes iniquitatem Patrum in filios. Ergo &c.

Respondet primo Tertullianus ibi cap. 15. negando majorem: si enim benedictio Patrum semini quorum erant defuncti, sine ullo adhuc merito ejus, cur non & reus Patrum in filios quoque redundaret? Sicut gratia, ita & offensæ. Respondet secundo, minorem esse veram, si filii imitentur iniquitates parentum; secus vero si non imitentur. Ita idem Tertullianus loco laudato, S. Hieronymus in cap. 18. Esaiæ, & S. Augustinus contra Adimantum cap. 7. Quare comminatio-



